



**AMIGOS DEL
PATRIMONIO DE
LAREDO**

C/. Reconquista de Sevilla,
1 (Bajos Casa Torre Vélez
Cachupín)
Apdo. Postal nº 230
39770 – LAREDO
(Cantabria – ESPAÑA)

NIF: G39636808

Asociación Cultural sin
ánimo de lucro inscrita en
el Registro de
Asociaciones de Cantabria
con el número: 3902

Cartulario de Sta. María

X.—Gutierre Juan y otros vecinos de Laredo dan algunos quijones a la Iglesia de Santa María del Puerto (1 de enero de 1068).

Voces anglicae qui Deum timent, omnes qui ipsi faciunt in Deo sperant. Et nominati huius omnes de Lareto electi ad admorem Domini pro animarum nostrarum et parentorum nostrorum qui abeant uitam eternam, amen. Et ego Gutierre Jhoannes cum meas germanas et Marti Garzuiz et Labio et Didago Romaniz cum meos heredes et Uicenti Jhoannes propter amorem Domini nostri Jhu Xpi timetum morte et penas inferni quando uidimus que dederunt domino Godestio et Juliana suos quingones de illo monasterio et de illa ecclesia de Sancti Martini de Lareto ad regula de Sancta Maria de Portum et ad sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ad sanctorum Justi et Pastoris, et nos mittimus nostros quingones similiter ad Sancta Maria et ad nos abbas Mames in regula illa ecclesia de Sancti Martini cum hoc cimiterium semper prestant pro animabus nostris. Si nobis aut filiis aut neptis aut heredes aut potestas terre qui ista regula disrumpere uoluerit quomodo pariat ipsa regula duplata et triplata ad abates, ad fratres, de Sancta Maria de Portum cum C libras aureas, ad reges terre alias C. Facta regula die notum kalendas Januarias in Era TCVI. Sanso Frenandiz rex in Castella. Et super ipsum seant descomunicatos et maledictos per in secula, amen, et abeant sepultura in infernum, amen. Gutierre Jhoanes + feci. Martin Gartiaz + fecit. Labio + feci. Didago Romaniz + feci

XI.—Donatio uel regula de Lareto (18 de febrero de 1068).

Sub Xpi nomine et eius imperium. Ego denique Iuliana propter penas inferni timendum et amorem celestem diligendo sic trado corpus uel anima ad eglesiam Sancte Marie semper uirginis que posita est in locum quod nuncupant Portum uel ad reliquias sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sanctorum martirum Justi et Pastoris et sancti martiris Uincentii uel plurimorum sanctorum qui sunt ibidem recondite, et ad tibi abatti meo Mames et ad fratribus in ipso locum commorantibus, et dono uel concedo pro remedio anime mee ad ipsa ecclesia Sancte Marie illo meo quingone que mihi quadrat inter meos eredes in monasterio Sancti Martini de Lareto, et una serna ad latus ipsa monasterio, que est pro termino de Citta



**AMIGOS DEL
PATRIMONIO DE
LAREDO**

C/. Reconquista de Sevilla,
1 (Bajos Casa Torre Vélez
Cachupín)
Apdo. Postal nº 230
39770 – LAREDO
(Cantabria – ESPAÑA)

NIF: G39636808

Asociación Cultural sin
ánimo de lucro inscrita en
el Registro de
Asociaciones de Cantabria
con el número: 3902

Fernandiz et de sancta; tertio termino de Uitta Citiz, Sic trado uel
dono ego Juliana isto quingone in ipso monasterio Sancti Martini
et ista serna cum sua casa uel cum sua pumifera, ab omni
integritate ad ipsa ecclesia Sancte Marie et ad tibi abbati Mames
ut ibi deserbiat proremedio anime mee iure perpetuo. Similiter
et ego Godestus una pariter cum uxore mea Gotina placuit nobis
bono animo et de nostra bona placentia sic tradimus nos
medipsos illa hereditate de Mieres ab omni integritate et uno
felgario de petra longa, ab omni integritate eos, pro remedio
animatorum nostrarum ad ecclesia Sancte Marie semper virginis et
ad tibi abbati nostro Mames et ad fratres tuos, et donamus uel
concedimus ad ipsa ecclesia iam superius dicta illo nostro
quingone quem abemus in monasterio Sancti
Martini, quantum nobis quadrat inter nostros eredes. Et una serna
ubi dicunt in Arganna. Similiter et in alio locum ubi dicunt pumare
longo medietate in illa ramma, et ipsa terra ad integritate. Similiter
et in alio locum ante casa de Uincenti Joannes alio pumare cum
suo fundus terre. Et ubi dicunt illa pereta medietate in dous
maccanares. Et subtus ecclesia Sancti Martini medietate in
quatuor macanares. Similiter et ad illa fonte de Sancti Martini
medietate in ipso pumare et medietate in illa terra que est prope
de illo arroio, et in iera maiore uno quadro de terra cum suo medio
pumare. Sic trademus uel concedimus nos iam dictos Godestio et
uxor mea Gotina ipsa ratione nostra que est in ipso Sancti Martini,
et omnia ista ereditate que in ista regula resonat ab ovni integritate
ad ipsa ecclesia Sancte Marie semper virginis et tibi abbe nostro
uel ad fratres tuos, ut ibi permaneat iuris
perpetuis. Quod si aliquis homo ex genere nostro, filiis, neptis, con
sanguineis uel de eredibus, aut de regia potestas hanc scripturam
disrumpere uoluerit, cōmodo pariet quantumque in hanc
regula resonat duplato uel triplato ad abbates uel ad fratres qui
in ipso monasterio Sancte Marie de Portum habitantes fuerint, et
libra aurea, et ad regis terre propter ausum temeritatis tres libras
aureas exoluat. Facta scriptura traditionis uel donationis notum
diez V feria, XII Kalendas Martias in Era TCVI. Regnante rex
Sancio Fredinandiz in Castella et in Leone, et Comite Munnio
Gonsaluiz in Asturias. Et ego Godestio et uxor mea Gotina et ego
Luliana qui hoc testamentum scripture traditionis fecimus, legente
audibimus et de manibus nostris + + + roborabimus coram testes.
Mikael testis + notui. Rodricus testis + notui. Stephanus presbiter
testis + notui. Orbanus presbiter + notuimus uel testes sumus et de
manibus nostris istos signos roborabimus. Didacus + cripsit.



**AMIGOS DEL
PATRIMONIO DE
LAREDO**

C/. Reconquista de Sevilla,
1 (Bajos Casa Torre Vélez
Cachupín)
Apdo. Postal nº 230
39770 – LAREDO
(Cantabria – ESPAÑA)

NIF: G39636808

Asociación Cultural sin
ánimo de lucro inscrita en
el Registro de
Asociaciones de Cantabria
con el número: 3902

XII.—De Lareto (18 de febrero de 1068).

Sub Xpí nomine et eius imperium. Ego Martino Armentariz sic dono uel concedo pro remedium anime mee tibi abbati meo Mames uel ad regularia Sancte Marie semper virginis uel ad reliquias qui sunt íbi recondite, meo tertio quingone quantum michi quadrat inter meos eredes in uilla de Lareto, in terras, in pumares, in montes, in fontes incultu et discultu, ubique potueritis inuenire, ab omni integritate. Sic dono uel concedo ego Martino Armentarez ista ereditate ad ipsa ecclesia Sancte Marie et ad tibi Mames abba et ad fratres tuos, ut propitietur michi Dominus per uestris sacris orationibus. Et ego Martino qui hec scriptura testamenti feci legente audibi et de manu mea + roborabi coram testes Martino et Uincenti; hic testes sumus et de manibus nostris ++ roborabimus notum die V feria XII kalendas Martias, Era TCVI. REX SANCIUS.

L.- Regula de illa hereditate de Lareto (18 de julio de 1086).

In Dei nomine, ego Loppe Annaiaz placuit michi bono animo et de spontanea mea uoluntate, et sic dono uel trado ad tibi abbati Martino de Sancta Maria de Portum et ad fratres tuos illas medias ereditates de Lareto in conkamiatione, id est terras et pumares, montes et fontes, cultum atque incultum atque exitos cum suos regressos. Sic dono uobis atque concedo ipsa ereditate iam supra dicta quantum mici quadrat inter meos eredes, ab omni integritate ubique potueris in ipsa uilla de Lareto peruenire. Et vos abba Martino et uestros fratres dedistis ad michi Loppe Annaiaz similiter in conkamiatione eiusdem similes ereditates in uilla ed Karasa sicut inter nos bene complacuit, ereditate pro ereditate, et adfirmabimus nostro mercato uel conkamio per perpetua secula. Quod si ego Loppe Annaiaz aut filli mei, aut nepti aut consanguinei uel aliquis de redibus meis ad disrumpendum uenerimus, comodo pariemus nos aut ipse homo qui talia comiserit ipsa ereditate dupplata uel tripplata ad ipsa regula de Sancta Maria de Portum uel abbate que in ipso monasterio fuerit, et libra auri, et ad regis terre III libras aureas. Facta carta conkamiationis notum die VI feria XV kalendas Agustas in Era TCXXIII. Regnante domno nostro rex Adfonso in Leone et in Castella et in Toleto. Et ego Loppe Annaiaz qui ista scriptura de isto conkamio fieri iussi legente audibi et de manu mea + roborabi coram testes Flagino et Martino; hic testes sumus et de manibus nostris + roborabimus. Didacus notuit.



**AMIGOS DEL
PATRIMONIO DE
LAREDO**

C/. Reconquista de Sevilla,
1 (Bajos Casa Torre Vélez
Cachupín)
Apdo. Postal nº 230
39770 – LAREDO
(Cantabria – ESPAÑA)

NIF: G39636808

Asociación Cultural sin
ánimo de lucro inscrita en
el Registro de
Asociaciones de Cantabria
con el número: 3902

XCV.-De Lareto. (hacia 1078-1095).

Sub Xpi nomine. Ego Garcia Fortuniones de spontanea mea uoluntate sic trado uel concedo pro remedio anime mee ad regulam Sancte Marie semper uirginis, vel ad tibi abbati Mames uno agro de terra qui est in billa de Lareto termino de regula Sancti Martini usque adfliget illo arroio. Sic dono uel concedo ipso agro de terra ab amni integritate ad ipsa ecclesia Sancte Marie ut tibi sit per in secula. Et ego Garcia Fortuniones qui hoc testamentum traditionis fieri iussi legente audibi et de manu mea + roborabi coram testes Gutierre et Didaco hic testes sumus et de manibus nostris ++ roborabimus. Didacus notuit

C.- Flavio hace donación de la quinta parte de sus bienes (hacia 1075-1077)

Sub Christi nomine et eius imperium ordinatur et disponitur qui dicit: «Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat». Et in alio locum ipse Dominus ait «Vade, vende omnia que habes et veni, sequere me et repone tibi tesaurum in celo, stabilis in perpetuum». Igitur, ego Flavius, audiente hoc Domini preceptum, et spontanea mea voluntate, trado me ipsum ad regulam Sancte Marie et ad tibi abbati meo Martino vel ad collegio fratrum tuorum, et dono, pro remedio anime mee, quinta pars de omnia substantia mea que visus sum avere in terras, in pumares, in ganato, in vasilia, in cuppas, in ferramentos, in montes, in fontes, in culto et discultu, ubique poteritis invenire in villa de Lareto, ipsa quinta ab omni integritate, id est medietate in decem macanares cum suo fundus terre qui sun t intra eclesia Sancti Martini et usque ad illo rio, et in alio locum ubi dicunt rio Kappo, medietate in tres macanares cum suo fundus terre, qui sunt per termino de illo rio usque ad monte, et pro alio termino de Loppe Annaiaz, tertio termino usque ad illo rio. Similiter et in alio locum in pumare de Fonteseka, medietate, si in terra, comodo et in pumare qui est per termino de michi Flavio et de Vicente et de Sancta et de michi Flavio usque ad illo rio. Et in ipsa serna de Surna sesmo quingone qui est per termino de illo fikare usque ad illa sierra. Similiter et in alio locum ubi dicunt ad kasa de Vicenti Jhoanes, media quarta in quatuor macanares, et medietate in cinko maccanares ubi dicunt inter lakare et uno fikare integro, et medietate in una vinea, et quinta in uno perale et novem enserados. Sic dono vel concedo



**AMIGOS DEL
PATRIMONIO DE
LAREDO**

C/. Reconquista de Sevilla,
1 (Bajos Casa Torre Vélez
Cachupín)
Apdo. Postal nº 230
39770 – LAREDO
(Cantabria – ESPAÑA)

NIF: G39636808

ego Flavio ista quinta pro remedio anime mee, ad regulam Sancte Marie ut ubi deserviat iure perpetuo. Et ego Flavius qui hoc scriptum feci legente audibi et de manu mea + coram testes. Godestio et Rodrico testes sumus et de manibus nostris ++ roborabimus. Didacus + notuit.

Fuente: Juan Abad Barrasus, "El Monasterio de Santa María de Puerto (Santoña)", pags. 291-293, 316, 353, 355 y 356.

Asociación Cultural sin ánimo de lucro inscrita en el Registro de Asociaciones de Cantabria con el número: 3902